

## Alte Drucke

### **Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauina]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...**

**Paulus <Castrensis>**

**Lugduni, 1553**

Communia delegatis & fideicommissis. & de in remmissione tollenda.  
Rubrica.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150738**

cautionem præstet per. l. iij. de fideicom. liber. nō sic videtur in usufructuario petente usufructum, de cuius substantia est cautio de vtendo, fruendo. vnde si non offert eam, videtur processus nullus seu ineptus: & aduersarius absoluendus. sic potest intelligi quod no. Bar. in dicto consilio. ¶ In tex. ibi: [primo substituto.] subaudi vulgari. Nam infra loquitur de fideicom. vniuersali. & sic not. q. appellatione substituti, in dubio venit vulgaris. & nō fideicommissarius. Nam & si quis aliquē instituat. & aliquem sibi substituat, videtur substituisse vulgariter. non per fideicommissum. l. iā in hoc iure. ibi in vulgarem tantum. de vulg. & pu. 6. pi. & no. in l. gallus. §. j. de liberis & posth. Allegatur tamen ille tex. cū eo qd statim subiicit de cohæredibus. q. substitutus vulgaris præfert cohæredes: licet cohæres tacite videatur substitutus. l. si titio & marcius. §. iulianus de lega. ij. quia operat plus substitutio expressa quam tacita. & ad hoc etiam allegatur. l. ij. §. si duo ff. de bo. pos. secundū tab. Aliqñ tamen cohæres præfertur ex præsumpta mente defuncti: arg. in l. quidā testō proculum. de vulg. 7. & pupil. ¶ In tex. ibi: [cohæredibus.] dic. ar. secundū Bal. quod si vnus ex executoribus fuerit remotus ab officio propter negligētiam alter solus possit totū offm̄ exequi: nec loco remoti est alius dandus per iudicem: quia est officium priuatum. secus in officio publico auctoritate: vt si remoueret vnus de tutoribus. Nā alius loco eius subrogatur. l. si quis sub conditione. ff. de test. tute. vide q. not. super hoc in c. fin. extrā. de testa. lib. vj. In glo. quæ incipit: [post admonitionem.] ibi: [sed in nouella dicitur a tempore quo pronuntiātū est &c.] dic. istæ nouellæ fuerunt extractæ de libro authenticorū per breuiora verba & magis arctæ: & aliqñ reperiuntur tex. variare: vt no. etiam in auth. res quæ infra ti. j. Quantum aut ad propositum reducuntur ad concordiam: nam si de hoc relicto non erat cōtrouersia, incipit annus a die monitionis: vt hic & in corpore vnde sumitur. Sed si erat cōtrouersia, incipit currere a die sententiæ diffinitivæ latæ super legato. Et ita intelligit tex. in lib. nouellarum. & videtur currere etiam infra tēpus q. datur iudicatis: & aliqñ dicunt post per. l. si. §. qui admit. ad bo. pos. In glo. se. ibi: [sed secus puto in hac.] dic. q. aliqñ contra: si non fecit in uentarium, tenetur creditoribus, & legatarijs insolidum satisfacere, etiam de suo proprio: multo magis de legitima. quid ergo proderit posse eam detrudere? sed dic vt dixi in l. si. §. de iure deli. quia satis prodest: nam diminuentur legata per eam: & tantum minus habebit soluere de suo. tanquam facta ultra vires bonorum &c.

*Communia delegatis & fideicommissis. & de in rem  
missione tollenda. Rubrica.*

2. An pro quolibet legato competant iste tres actiones de quibus in ista lege  
3. Si tibi legata est species, puta fundus, mihi autem quantitas, an pro legato meo fundus ille sit mihi obligatus?  
4. An in re specialiter legata creditor præferatur legatario? quod sic, si hereditas non est solvendo, aliis secus.

## LEX

## I.

1. **C**um hi. ¶ Pro legatis & fideicommissis cōpetunt tres actiones. l. psonalis ex testō, & rei vēdicatio, si fuit relicta certa res testatoris. Itē hypothecaria in alijs rebus hereditarijs. quæ oēs obligatæ sunt p legatis soluēdis: ista tñ hypothecaria dat cōtra quēlibet ex hæredibus p hereditaria portioe quatenus tenet ad legatū, & nō ultra. & sup bonis testatoris tñ, non hæredis. h. d. tota l. Et primò tollit quosdam modos legandi qui fuerūt inuēti p antiquos, tāq̄ tediosos & inexplicabiles. q. etiā displicuerunt antiquis. ibi: [omnibus verò.] Secūdo dat tres actiones p legatis & fideicommissis. p quēcunq̄ modū relinquant. qd olim nō erat. imò si relinquebantur vno modo, dabat vna. si alio mō, dabat alia. vt patet insti. de lega. §. j. cū ibi no. & hoc vsq̄ ibi. [cū em̄.] Tertiò circa id q. dixi de hypothecaria ponit tres rōnes pro legatis bona testatoris etiā non legata sunt tacite obligata: & quare introduxit hoc Iustinianus vsq̄ ibi. [& hæc disponimus.] Quartò id q. dixerat de hypothecaria quātū ad hæredem: vt alia bona hereditaria sint hypothecata. extendit ad legatarios & fideicommissarios grauatos de aliquo dādo quia pro tali grauamine res relicte sunt obligatæ. non dico res propriæ: sicut nec hære

dis. & hoc vsq̄ ibi. [in omnibus.] Quintò & vltimò restringit & limitat. vbi hypothecaria nō datur: nisi quatenus datur actio personalis: & sic pro hereditaria portione. Et dicit glo. quæ incipit. [no legatariū.] q. est hic speciale. Qd sic declara. Nā si obligatio incipit in psona defuncti, vt si Titius tenetur mihi in. xxx. cum hypotheca bonorū, deinde decedat tribus hæredibus relicto: licet quilibet eorum teneatur mihi pro hereditaria portione ad x. portio tamen tertia quam habet quilibet eorum in bonis est mihi hypothecata pro toto debito: vt l. creditores. ff. de dist. pig. & ideo si vnus soluit mihi x. licet esset a me liberatus ab actione personalis: portio tamen quam habet in bonis non est liberata quousq̄ alij etiam soluant. Sed qñ oblatio fit in persona heredū: in quibus defunctus nō erat obligatus: tunc nulla earū portionum obligatur nisi pro tertia parte pro qua obligatur ille cuius est: & illa soluta esset liberatus solutus: & etiam eius portio. Et hoc vult iste test. si em̄ aliqua res ex diuisione perueniret ad vnum, posset agere hypothecaria pro tota re contra eū antequam mihi aliquid solvatur: licet si quilibet eorū possideret suā partē, nō possem cōuenire ipsū nisi pro hereditaria portione. facit l. si consenserit. §. si. cum ibi not. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. solu. Debes ergo scire q. de iure fforū. pro legatis competeant actio personalis ex testamēto. l. cum filius. §. varijs. de lega. ij. Non tñ competeat vno & eodem casu: nam erant diuersæ formæ legandi: & si legabatur vna forma, competeat: vna. si altera forma, competeat altera, vt patet insti. de legi. §. j. vbi vide in text. & gloss. & ibi imperator facit mentionem de illa lege. dicens, quod eam fecit cum magna lucubratione. & vult quod in quacunque forma legetur, locum habeant actiones prædictæ. quatenus tñ possunt cōpetere: vt in gl. Addit & tertiam actionem Imperator. l. hypothecariam. quæ nō dabatur de iure veteri. Alij dicunt contrariū per l. creditoribus. ff. de separa. Sed hoc est contra tex. in tertia parte ibi. [nō ab re est, etiā nos in præsentī causa hypothecariam donare actionem:] & sic patet q. ipse Iustinianus introduxit: nec ob illa l. creditoribus. quia debet intelligi de hypothecaria prætoria. quæ fuit introducta per missionem in possessionem bonorum hereditariorū: vt in ti. vt in pos. leg. ¶ In gl. quæ incipit: [vt in dote.] quaritur de duobus. primò: vtrū pro quolibet legato cōpetant iste tres actiones. Rñdeo, non. sed ita demū si duo cōcurrāt. q. cōsistat in specie: q. sit factum de re testatoris. altero istorū deficiente cōpetunt duæ tñ. l. actio personalis. vt in legato liberationis. l. j. §. si debitori. ff. vt in pos. lega. Sed oppo. extra glo. videtur quod pro re testatoris non datur actio personalis ex testamento. quia omnis actio personalis est conditio: vt l. actio in personam. ff. de action. & obligatio. & nemo condicit rem suam l. si. usufructuarius quæadmodū caue. legatarius autē est dñs rei legatæ. vt in l. a Titio. ff. de furtis. præterea cōdictio datur ad dādū. & sic ad dñū transferendum. vt in l. si. de cōdictio. ob causam. sed q. meum est amplius meum fieri non potest. Soz. zi. no. institut. de lega. §. sed nostra. vel dic q. contrarium procedit in re quæ est: perfectè mea & acquisita per regulas iuris, sed res legata acquiritur extra regulas iuris: quia ipso iure, & sine traditione: vnde licet sit mea adhuc possum agere vt mihi detur & tradatur. per traditionē perfectè acquiratur. nec est libellus ineptus. Item opponitur q. non datur rei vendi. l. Sempronius attalus. ff. de usufruct. leg. Sol. hic datur rei vendicatio quando legatum est purū. si autem in diem, ante euentū diei nō est translatū dominium: sicut nec ante euentum conditionis. vt in l. contra. rita quæ est notabilis. Tertiò adhuc opponitur. q. non datur hypothecaria: quia res mea nō pōt esse hypothecata. l. neq̄ pignus. de reg. iur. So. fateor q. hypothecaria non datur pro illa eadem re secundū gl. vel dic q. etiam pro illa re: quia licet sit mea, tñ nō proficit. vt s. dixi. vnde potest mihi esse obligata quatenus mihi deficit. l. in bello. §. si quis seruū. de capti. ¶ Secundò quaritur. si tibi lata est species, puta fundus: mihi autem quantitas, vtrum pro legato meo fundus ille sit mihi obligatus. Glo. hic notabiliter dicit q. non. ne q. vni conceditur alteri denegetur. Nam non est dare rationem quare debeam pferri in illa re, pro legato meo: cū etiam tibi eadem res sit legata. de hoc vide bonū text. & ibi videtur casus in l. si fideicommissorum. ff. vt in pos. leg. in vlti. col. facit l. pcurator. §. pe. ff. de tribu. hoc verum, nisi supersunt alia bona ex quibus mihi satisfieri posset. & sic legata nō sunt facta, ultra vires hereditarias. Sed pone q. nō erat nisi ille fundus &c.

sic legatū meū quantitatis est vltra vires hereditatis, an tu habes  
bis fundū, & ego nihil: videf q sic. arg. huius glo. & l. ex facto. §.  
planē. de pecu. In contrarium videf casus in l. querebas. ff. ad le.  
fal. vbi in hereditate non erat nisi quoddā nomen debitoris qui  
tenebat in quadringētis, testator legauit illi liberationē, mihi au-  
tem quadringenta, dicit ibi q ille non est liberandus in solidum  
sed pro parte dimidia & altera pars est attribuenda mihi de illo  
debito: & ibi videf esse casus secundū Ang. ibidem. quod tene-  
4 menti perpetuū. ¶ An autē in re specialiter legata creditor prefe-  
ratur legatario: similiter distingue: an hereditas sit soluendo: &  
legatarius preferatur debitori an non. & tunc contrā. vt not. §.  
de iure deli. l. si. §. licentia creditoribus. in glof. quā incipit prius  
ergo & per Cyn. in l. iij. qui potio. in pigno. ha. & per Barto. in l.  
is cui. §. si plures. ff. vt in pos. lega.

- 1. Aliud est relinquere libertatem directo, & aliud per fideicommissum.  
An paria sunt relinquere hereditatem per fideicommissum, & per uiam legatū?
- 2. Fideicommissa particularia an sint exequata legatis particularibus?  
Si institui te heredem, & reliqui Titio fundum: & ipsum Titium grauauit de resti-  
tuendo Sempronio. an tunc dominium istius fundi recta via transeat in Sempronium?
- 4. Pro legatis quando datur actio directa ex testamento, & quando utilis.

LEX

II.

**M**ne verbum. ¶ Verborum varietate reie-  
cta exequata sunt legata &  
fideicommissa adeo quod quasi sunt effecta synonyma  
h. d. tota l. quā tria facit. Primò tollit differentiā verbo-  
rū quia fiebat olim differentiā: an relinquerentur per verba dire-  
cta, an per verba obliqua: quia primò erāt efficaciora. hodie per  
hāc l. non refert & semper sunt æqualia. Quæ enim dicant dire-  
cta, & q obliqua not. in prima gl. Circa quod scias q si verba di-  
rigant ad legatariū, dicunt directā: & tunc dicebantur legata. Si  
autem ad heredē grauatum, dicebantur obliqua: & sic erat fidei-  
commissa. Item quādo diriguntur ad legatariū, adhuc quædam  
erāt directā: plusquā alia. vt verba pceptiua. vt iubeo: quædā mi-  
nus directā. vt deprecatia. vt mando. vt habet hic in tex. & eo-  
dē modo si dirigebant ab heredē: licet vno respectu dicant obli-  
qua. alio respectu poterāt dici directā. vt iubeo & alia adhuc ma-  
gis obliqua. vt mando. Item directā dicebant illa quæ in casu no-  
minatiuo obliqua quæ in alijs casibus. vt in l. quoniam. §. de testa.  
Et istæ omnes differentiæ hodie tollunt. Alio modo dicunt di-  
recta cū sonant vt quis propria authoritate capiat: si autē quod  
de manu alterius, dicunt obliqua: vt not. in l. inter omnes. qui sa-  
tisda. cog. Et ista differentiā etiā hodie remanet vbi circuitus non  
est inutilis: vt dicā super glo. secundò tollitur differentiā quæ erat  
inter legata & fideicommissa. Nam legata in quibusdā erant effi-  
caciōra quā fideicommissa. vt habetur in gl. quæ incipit. [vt q  
ab inuitis.] & econtrā fideicommissa in aliquibus habebāt magis  
largā naturā: vt in gl. quæ incipit: [vt q ab intestato.] & ista dif-  
ferentiā tollitur: vt q plus habebāt legata tribuatur fideicommissis.  
& econuerso. Tertiò & vltimò efficiūt ista vocabula synonyma  
ideo si statutū loqueretur de legatis, traheretur ad fideicommissa.  
& econuerso. In glo. ij. in fi. [in §. filius matrem.] dic q ibi loqui-  
tur quando interuenit iuramentū qd facit legatū testatoris effi-  
caciū. cū habeat vim clausulæ codicillaris hic loquit q interue-  
nit iuramentū heredē, vel grauati. quod nō facit esse efficacius.  
In gl. quæ incipit. [sic ergo.] in prin. ibi: [cōpetit illi aliq legatario.]  
dic q ista gl. reprehendit per omnes q non transit dñum in le-  
gatariū vel fideicommissariū nisi quando fuit relicta res testato-  
ris. secus si res aliena. etiā si foret heredē. vt not. in l. Papinia-  
lem. ff. de serui. & hoc etiā vult glo. in l. j. super verbo, persona-  
lem. In ea. gl. ibi: [sed secus in directā.] dic sic ergo tunc tollitur  
differentiā inter legatū & fideicommissum, quando circuitus  
esset inutilis. nam si Titio lego fundum, transit dominium dire-  
cta via absq traditione: si rogabam heredem de tradendo sibi,  
non transibat antequā traderetur: postquā vero tradiderat,  
nihil apud heredē remanebat. ideo circuitus erat inutilis & tol-  
litur per hanc l. vt etiā si grauau heredem vt det, transeat sine  
traditione: sed cū relinquatur libertas per fideicommissum cum  
competat antequā manumittatur: quia ex hoc resultat utilitas  
heredi. cū post manumissionem remaneat sibi ius patronatus  
quod est magnæ utilitatis: vt patet in tit. de iurepat. & de bo. lib.  
2. ¶ Aliud est enim relinquere libertatem directo. Aliud per fidei-

commissum: etiā hodie similiter in ipsa hereditate. Aliud est  
eam relinquere directo. Aliud per fideicommissum. Nam primo  
casu per manumissionē efficiūt dñs. Secundò casu nō efficiūt  
restitutionē factā p heredē: saltē verbalē nam apud heredem  
remanent iura directā: & quædā quæ non transeunt in fidei-  
commissum. vt in l. quia perinde. ff. ad treb. & sic non est circuitus  
inutilis. Fateor tñ quod paria sunt relinquere hereditatē per fi-  
deicommissum, & per viam legatū: nam si dicerem lego tali heredi-  
tatem meam, vel partem eius, perinde est ac si grauauis heredi-  
dem meum de restituendo. iuxta no. in l. i. quis seruum. §. fin. de  
leg. ij. & l. mulier. §. si. ff. ad treb. vel concludamus q legata vni-  
uersalia & fideicommissa vniuersalia sunt exequata: & q in casu  
tollit circuitus quia vtrubiq requiritur restitutio: vt remaneat vi-  
3 litas restituendi. ¶ Item fideicommissa particularia sunt exequata  
legatis particularibus & econuerso: & nō tollit circuitus, nisi quā-  
do remaneret utilitas restituendi in relicto libertatis. Sed potius  
institui te heredem, & relinqui Titio fundum, & ipsum Titium  
grauau de restituendo Sempronio queritur an dñum istius fun-  
di directā via transeat in Sempronio: istam q. format gl. in legatari-  
ti versic. & videtur q sic, & sic Titius non efficiūt dñs postquā  
dominiū non est pones cum remansurū. Nam si nō esset grau-  
tus de dando Sempronio, transiret in eum per additionē hereditatis:  
& non remaneret pones heredem l. a Titio. ff. de fur. l. glo. 1.  
net contrariū: quia cum heres habeat dñum, satis operat restituti-  
tio: posito q non acquirit dñū illius rei legatari: sed si diceretur  
q isto casu non acquireretur Titio, cū ipse non habeat aliam res,  
nullius utilitatis foret legatū suum ad hoc ergo vt valeat, dñ-  
dum est quod primo loco transit in Titio: & secundo loco tra-  
sit in Sempronio. sed certē modicæ utilitatis erit hoc: si eodem  
momento quo transit in Titio postea transiret in Sempronio.  
Nam de momentaneo dñio curandū non est: vnde videt postea  
dici q isto casu ad hoc vt istud legatū Titij nō sit inutilis, tra-  
sit in ipsum dominū, & in Sempronio non transeat nisi post  
restitutionē & sic durabit adhuc differentiā isto casu inter lego-  
tum & fideicō. quia si fuisset legatus fundus Sempronio dñus  
transisset in ipsum dominū recta via ante restitutionē factam  
per heredē sed si in primo relinquitur Titio: & postea grau-  
de dando Sempronio, non transit antequā titius tradat: in  
4 videtur licet Doct. non declarent. ¶ In glo. seq. quæ incipit  
dic breuius, q si factum est testamentum pro legatis datur  
directa ex testamēto, siue sit facta in testamēto, siue in codicillis  
ad testm pertinentibus q sunt partes testamenti: ideo rupto  
mōto rumpunt codicillis: vt in l. j. §. de codic. si verò nullum est  
cū testamentū: sed codicillis tantū ab intestato, tunc proinde  
tur actio utilis ex testamēto, nō directā quia codicillis in pcepto  
sumpto vocabulo dicuntur testamentum. i. testatio mensuratur  
autem propriē. nisi quando continent institutionem heredum.  
non codicillis. §. de testa. Et de hoc dic vt no. in l. j. ff. de testa. V-  
timò oppo. q Iustinianus inseruierit nobis de vento quia etiam  
per iura vetera exequata erant legata fideicommissis in l. j. de  
leg. j. glo. pe. quæ incipit. [sed nonne.] format istud contrarium &  
non bene soluit. Doct. dicunt q ista l. est de media iuris prode-  
tia. sed ista habuit respectum ad iura quæ fuerant ante illam. &  
ea tollit. Ego nescio quid hoc sit dicere. Nam si illa erant subla-  
per d. l. non erat expediens amplius ea tollere per istam dic ergo  
q per illam l. erant exequata legata fideicommissis: & vtrius-  
deicommissi erat attributa legatis in illis in quibus fideicommissa  
sa erant amplioris naturæ. vt in glo. quæ incipit: [non quia ab in-  
testato.] sed per istā fideicommissa exequantur legatis: & sic ut  
tus legatorum in eo in quo erat maior est attributa fideicō. Iam  
sunt effecta synonyma: vt expresso vno vocabulo censetur aliud  
expressum. quod non erat per illam l. & sic satis addit ista l. talis  
non sunt alia &c.

- 1. Legatum optionis non est conditionale, & transmittitur ad heredem.  
Solutus qualiter sumatur?
- 2. Si lex vel statutum pro aliquo delicto imponit poenam certum arbitrium, delicti intentio  
gi de illis aureis qui currunt tempore delicti commissi.
- 3. Quid in alijs dispositionibus quam in poenis?
- 4. Quid in contractibus?

LEX

III.

**I** duobus. ¶ Incertitudo seu varietas inter plures  
actores, quæ respicit duntaxat commo-

dum ipsorum agentium, forte dirimitur. h. d. vsq; ad §. [sed & si quis.] In tex. ibi: [ipse autem moriens plures sibi hæredes religit.]

2 No. per hunc tex. qd legatum optionis non est conditionale: quia transmittitur ad hæredes: si legatarius decedat antequam optet. quod non esset si esset conditionale: vt i. de cadu. tol. l. j. §. si autem aliquid. quod est verum quantum ad substantiam legati, sed quantum ad rem est conditionale. Nam quælibet res videtur relicta sub conditione si fuerit optata, non aliter: & ideo quia istud legatum quod ad quid est purum: & quod ad quid conditionale, seruatur in eo media via. vt no. in l. si Pamphilo. ff. de oppo. leg. quod dicitur ibi per Doc. Itē hæc vera in optione rei. secus in optione personarum. quia est conditionale. vt in l. cū quidam. la. ij. de lega. ij. in fin. & ibi per Bar. no. qd si relinquat testator vni ex liberis suis quem hæres elegerit: nam cuiuslibet videtur relicta sub conditione si fuerit electus. Et ideo qui decedit antequam eligatur, non transmittitur ad suos hæredes: vt ibi habetur. In tex. ibi: [solidos.]

3 dic qd ibi sumitur solidus pro aureo. vt no. gl. s. de ser. fugi. l. qui cuncti. quæ incipit talem solidum. & dicitur ibi. In gl. ij. ibi: [respō deo forte illius electioni stari.] dicit qd imò sine forte: quia hoc debet intelligi quando non suberat ratio quare magis staret electio nisi vnus quā alterius. cū essent pares in relicto: sed quando sunt dispares: vt quia vni plus est legatum, ratio dicitur vt vnus preferatur. auth. hoc amplius. ibi dum dicitur: legatario maioris emolumentum. s. titu. j. sic non committitur iudicio fortunæ. Et sic per hoc dico istum tex. debere intelligi qn ista plures fuerunt simul nominati. puta relinquo fratribus meis optionē seruī. si autem singulariter fuerunt nominati: tunc primò nominatus tanquam plus dilectus videtur preferendus per dicta aut. hoc amplius. circa si. ibi: prout quisquis eorum prior nominatus est. & per l. quoties. de vsufu. facit. c. duobus. de rescri. lib. vj. In eadem glo. ibi in fin. [sed alijs casibus loquuntur.] dicit hoc non est soluere contrariū. dicit ergo l. huiusmodi. §. si. de le. j. loquitur quando discordia inter plures tendit in præiudiciū tertij. quo casu non committitur fortunæ, sed iudici, vt eos concordet, vt ibi. quod si facere non potest inuicem impediunt. nec audiuntur. l. sed cum ambo. ff. de iudi. hic verò loquitur quando non tendebat nisi in præiudiciū ipsorum discordantium. quo casu si consentiant qd committatur fortunæ omnes vel vnus committitur. vt hic. si verò nullus in hoc consentit, non committitur. sed se inuicem impediunt. l. ij. §. si. ff. quib. mo. vsufu. amit. & dicta l. quoties. In seq. glo. quæ incipit: [similis.] in si. vide glo. in ele. j. de deci. Et oppo. contra illam, quæ videtur qd debeat intelligi de illis qui currunt tempore quo casu euenit. vt in c. ij. extra. de maledi. Sol. ibi: in pœnis malefactorum. vnde si lex vel statutum pro aliquo delicto imponit pœnam ceterum aureorum. debet intelligi pro illis aureis qui currunt tempore delicti commissi. quia l. semper loquitur. & sic est perinde ac si tunc fuisset illa lex vel statutum factum. Si autem loquitur lex vel statutum non in pœnis, sed in alijs dispositionibus, debet intelligi de aureis legalibus. Vel dicit qd lex iuris communis bene intelligitur de illis de quibus lxxij. faciunt libram auri. vt in l. quotiescūq; iuncta glo. j. de suscepto. & archa. lib. x. vnde cū donatione vltra quingētos aureos non valeat sine insinuatione, poterit hodie valere in multo pluribus decurrentibus hodie. quia multo plures intrant libram auri. sed verba statuti debent intelligi secundū cōmunem vsū loquendi. ar. in l. liberorum. §. qd tamē Calsius. de leg. ij. qd verba verò cōtrahentū debent intelligi de currentibus tempore cōtractus. & idem in verbis testatoris. vnde si pmittitur x. aurei quolibet anno, & cōtingat post testm vel cōtractū mutari aureos: & deduci deteriores in substantia debet præstari æstimationis priorū. vt in c. olim. extra. de cē. sed si non essent deteriores in substantia sed in æstimatione extrinseca: hoc non cōsiderare. nisi à tpe morte. vt no. in l. cū quid. ff. si cer. pe. & in l. creditor. ff. de sol.

4 Vltima voluntas non irritatur, licet ille cuius arbitrio fuerit commissā non declaret, vel non arbitretur.

5 Quid in cōtractibus

6 Arbitrandi potestas quanto tempore duret?

1 §. Sed & si quis. Si relinquitur res eligenda per tertium, illo non eligente per annum transfertur electio in legatarium. debet tamē eligere mediocrem. h. d. notabiliter. venio ad casum. No. primò qd vltima voluntas non irritatur: licet ille cuius arbitrio fuerit commissā non declaret, vel non arbitretur. Sed contra de l. si quis arbitratus. ff. de verbo. obli.

& s. de contrahē. emp. Sol. ille leges loquitur a

tur in cōtractibus commissis arbitrio Titij, qui redduntur nulliū non arbitrate. nec receditur à persona: secus si arbitretur, licet malè: quia tunc decurretur ad arbitrium boni viri. l. societas. §. arbitratorum. ff. pro socio. hic loquitur in vltima voluntate in qua est spale. vt non irritetur. sed à persona recedatur: & ad hoc semper allegatur. Sed cōtra qd imò non recedat etiā in vltima voluntate vt in l. multa. de cond. & de. Sol. quātū ad hoc vt cōmittatur pœna, non receditur: vt ibi: sed quantum ad substantiā dispositionis, vt valeat, vt non irritetur sic: hoc tñ intellige verum nisi cōditionaliter fuerit in arbitrio illius commissum. puta si arbitrabitur quia tñ ipso non arbitrate non valeret. vt no. in l. j. de lega. ij. Itē no. secūdo qd eligente tertio transfertur electio in legatariū. Sed cōtra qd imò deuoluatur ad iudicē: vt in d. l. j. de leg. ij. Sol. hic loquit qn fuit relicta optio rei certæ, confistētis in specie: si autem quantitatis incertæ, puta illā quantitatem quā Titius arbitrabitur, relinquo: tunc illo non arbitrate recurritur ad iudicē. vt in cōtrario: quia si deuoluere ad legatariū, posset nimium grauare hæredē. arg. hic in si. §. Tertiū not. qd potestas arbitrandi durat anno. & non vltra, sed contra. quod duret vltra, vel minus. de legat. ij. l. cum quidam. la. ij. Solutio. hic loquitur quando fuit relicta optio rei legatæ: si verò optio personæ legatarij: vt relinquo vni ex liberis quem Titius elegerit, tñ potestas eligendi non limitatur anno. sed durat quousq; hæres sit cōstitutus in mora: vel ille qd eligere debet. vt in l. cōtraria. Et per hunc tex. determinat Bar. in l. si quis arbitratus. §. allegata qd potestas arbitrandi qn sit cōpromissum in aliquē de iure & de facto tanquam in arbitratore, duret anno. & non vltra. Bal. ipsum reprehendit hic & vbiq; dicit. qd hic loquitur in vltima voluntate: nec debemus trahere ad aliam materiam: durabit ergo perpetuū quousq; cōpromittētes recesserint à cōpromisso. vel verius dicit qd durabat triennio. sicut durat instātia de iure ciuili: & cōpromissum factum in arbitrium. vt no. in l. Itē si vnus. §. si multo post. ff. de arbi. nam iste casus magis assimilatur illi quā alteri: ergo debemus iudicare secundū illū, vt videmus in cōtractibus innominatis. qui fortuntur naturam illorum cōtractuum nominatorum quibus magis assimulantur. l. eum qui. §. i. ff. commo. & l. naturalis. §. pe. de præscri. ver. Vltimò not. & debet eligi mediocri. facit l. legato generaliter. de le. j. sed pone qd non erant nisi duo serui, & alter erat melior altero an poterit eligere meliorem dicit qd sic secundū Bal. aliās non diceretur legatum optionis: sed illius deterioris.

2 Res siue sit subiecta restitutioni purè, siue in diē, non valet alienatio: & quid si fiat per ignorantem, vel ignorantem, & quid si erat subiecta sub conditione? & numer.

3 Venditio rei subiecta restitutioni an tribuat causam vsucapiendi vel prescribendi? & quid si fiat à penitus extraneo? & nu. i. c. 7.

4 Alienatio rei subiecta restitutioni si sit ex necessitate pro soluēdo ad alienum si erat de bitum testatoris, valet. & non retractatur.

5 Rogatus restituere id quod supererit de hereditate, an possit interim alienare, si res sunt subiecta restitutioni?

6 Heres an possit alienare de rebus subiectis restitutioni usque ad quartam trebellanicā & an alienata per eum computentur in ipsam quartam?

7 Seruus subiectus restitutioni potest manumitti per gratum quatuor concurrentibus.

8 Emptor male fidei quia sciebat rem subiacere restitutioni, recuperat pretium re cuius etiam si non fuit stipulatus. sed regulariter contra.

9 Quid si fuit stipulatus de cuius conditione quod alibi non recuperet nisi pretium. sed regulariter contra.

10 Quod non recuperet tunc meliorationes factas in re emptæ, nisi fuerint necessarie.

1 §. sed quia nostra. Res subiecta restitutioni generaliter vel specialiter, purè vel in diem certū, non pnt alienari: & si alienentur, non valet alienatio. nec transfertur dñiū. nec vsucapiendi cōditio. Si verò subiacent sub cōditione: licet valeat alienatio conditione pendente: ipsa tñ existēte annihilat non oī eius effectus: & emptor sciens solū pretiū recuperabit, non aliud ē si fuerit stipulatus. h. d. vsq; in si. l. Et ista materia est quotidiana & vtilis. & primò qn purè vel in diē certū vsq; ibi: [si aut sub cōditione.] Postea qn sub cōditione. vsq; ad §. [emptor aut.] ibi ponit emptorē sciētē. Ex prima parte vsq; ad ver. [si aut] no. qd siue subiacet restitutioni purè, siue in diem, non valet alienatio. Contra primum extra gl. opponitur qd non

¶ Solidus pro aureo. adde gl. in rub. C. de veter. numisma. pote sta. li. xj. Cy. in l. pe. C. de dona. gl. & do. in c. si. de deci. lo. an. in addi. Spe. ti. de instru. ed. l. §. porro. in fin.

**¶** Ista transactio est. Adde l. i. in fine. §. de trans. l. transactio. ff. de ver. signi. Doc. in rub. de trans. extra. Car. zaba. in c. super eo. in j. q. de transac.

habere aliquod dubium: quia si subiacet restitutioni pure: dominium est legatarii, vel fideicommissarii: si erat legatum vel fideicommissum particulare. vt l. i. §. eo. quis ergo dubitat quod haeres qui non habet dominium, non potest illud in alium transferre. nam rem alienam non potest quis alienare in praedictum dominii sui tantum. Sol. isto casu cum alienatio sit prohibita. per l. non valet: etiam in praedictum alienationis: vt teneat ad interesse. vel etiam ad tradendum rem. licet teneat ad restitutionem pretij. vt in §. emptor. sed quoniam non est prohibita per l. valet in praedictum vendentis, vt possit ex ea conveniri ad tradendum. Et si non tradit, ad interesse: vt l. i. in prin. ff. de acti. emp. & si tradit, & euincatur: ad interesse. Item in casu huius l. postquam alienatio est prohibita, nulla valet venditio ipso iure: & sic non tribuit titulum emptori. unde etiam si sit bonae fidei non tribuit causam usufructuendi, vel praescribendi longo tempore. in qua praescriptio requiritur titulus. l. nullo. §. de rei ven. & hoc patet. j. in ver. [quod similiter.] Sed extra casum huius l. quoniam non est prohibita per l. saltem valet ad tribuendum titulum. & ad usufructuendi vel praescribendi conditionem, si emptor est bonae fidei. vt in titu. de usufructu. hoc ergo est primum speciale quod introducit per hanc l. de nouo: & ultra iura vetera. secundum quod ista non reperiuntur ita expressa. Contra secundum similiter opponitur. quoniam legatum vel fideicommissum est in diem certum, ante euentum diei non transit dominium in legatarium vel fideicommissarium. l. Sempronius attalus. de usufructu. leg. quia ista transactio est quaedam executio legati: quae non debet fieri ante euentum diei: licet bene oriatur legatario actio ex testamento personalis. quae non est executio. si ergo haeres penes quem est dominium, vendit & tradit, videtur quod ipsum transferat. cuius contrarium hic text. videtur velle. saltem usque ad euentum diei. Solu. hoc procederet si non esset alienatio prohibita per l. sed quia est prohibita. licet habeat dominium: ipsum non transfert. l. quemadmodum. j. de agri. & censu. lib. x. Sed eodem modo si esset fideicommissum vniuersale etiam pure ante restitutionem verbalem, dominium est penes heredem. l. facta. in prin. ff. ad Treb. & nihilominus ipsum non transfert in alium contra prohibitionem l. & hoc est secundum quod introduxit ista l. quod forte iure veteri non erat. Sed tertio oppo. extra glo. quod valeat. l. filiusfam. §. diui. de leg. j. Solu. intellige hanc l. in alienatione merè voluntaria. Si autem sit ex necessitate pro soluendo res alienum. tunc aut debitor testatoris erat, & valet alienatio. & non retractatur. vt in d. §. diui. in fi. aut erat debitor haeredis grauati. & tunc valet quousque penes heredem res erat manfura si non fuisse alienata, postea vero irritatur. l. peto. §. si praedictum. de lega. ij. Vltimo opponitur de l. fin. §. si. eo. titu. de lega. ij. Solu. iste text. & omnes alij limitantur per illum singularem. §. vt intelligantur quando alienatio fuit facta per scientem vel scienti rem subiacere restitutioni. si autem per ignorantem vel ignorantem, valet quantum ad hoc vt non debeat retractari: sed legatario vel fideicommissario succurritur ad aestimationem contra alienantem, vel heredem eius. vt in contrario. Intelligo tamen sane illum text. quando subiacebat restitutioni per fideicommissum vniuersale, vel etiam particulare: tamen in diem, vel sub conditione: & sic dominium erat penes heredem alienantem. unde potuit transferre & transiit propter iustam ignorantiam. quia cessat prohibitio legalis: sed si subiacebat pure & per fideicommissum particulare, tunc quia dominium non erat penes heredem, non potuisset ipsum transferre in praedictum legatarii, vel fideicommissarii: & sic posset vendicare ab emptore & retractare venditionem. ita intelligo illum §. In glo. j. ibi. [ff. ad Treb. l. Titius.] Item dicit quod illa nihil facit ad propositum. loquitur enim in illo qui rogatus est restituere id quod supererit de hereditate. quo casu iterum tam olim quam hodie poterat, & potest alienare. seruata tamen quarta. vt j. ad Tre. aut. contra rogatus. hic loquitur quoniam rogatus est restituere simpliciter. quo casu: tam olim quam hodie alienare non potest: & sic intelligitur text. dum dicit: [secundum veterem dispositionem.] licet hodie secundum hunc text. aliqua inducuntur quae olim non reperiuntur. vt §. dixi. Item in glo. quae incipit. [imò videtur quod teneat.] ibi: [vel dic non tenet.] hac vera. vt si fideicommissum erat vniuersale, possit haeres alienare de subiectis restitutioni usque ad quartam trebellianicam. quae potest detrahere. & valet alienatio & illa bona computantur in quartam: sed ultra quartam non valet. Alij dixerunt quod etiam ultra quartam non valet si fideicommissum non vult. imò poterit retractare, & assignare

re heredi quartam in alijs rebus. Doc. hoc dicunt esse verum si alienatio facta fuisset in fraudem fideicommissarii: puta de re pretiosa, vel ex quarta resultat fideicommissario magnum damnum: aliàs debet patienter tolerare quod alienatio remaneat firma, & quod tertio iudicis. Contrarium autem de l. si heres institutus. §. si heres allega. in glo. parum facit ad propositum, si bene inspicatur: quod ibi non dicitur quod valeat alienatio. quod tamen dicit glossa. solvendo illam l. verum est. quando in alienatione non est necessaria restitutio. vt no. glo. in seq. §. Sin autem sub conditione. in si glo. in vt seruus subiectus restitutioni possit manumitti per grauatum tribus vel quatuor concurrentibus. quorum aliquo deficiente cum habet quod hic dicitur. quod manumitti non potest. Primum est fauor libertatis. Secundum est fauor vltimae voluntatis: quod ibi haeres grauatus non manumittebat inter viuos, sed in vltima voluntate reliquit ei libertatem: secus si inter viuos. vt j. sequens in glo. per l. generaliter. §. si. ff. qui & a quibus. Tertium est quod facit restitutioni per fideicommissum vniuersale: secus si particulariter relictus esset ille seruus alteri: quia fortius & potius illud relictum quam vniuersale. argum. in l. est differentia. §. quibus. cau. pig. ta. contrahitur. Quartum & vltimum est. quod fideicommissum sit conditionale. secus si purum. & ita no. in l. contra

**§. Sin autem sub conditione.** In glo. in vt. imò videtur contra eam opponitur quod quando res subiaceret restitutioni sub conditione, possit alienari conditione pendente. & valet alienatio. vt l. seruo legato. §. j. de lega. j. cum alijs in glo. allegatis. Rursum glo. fatetur contrarium. nec iste text. contra dicit: sed potius facit pro. quia consuluit grauato quod non alienet: si ergo contra facit, non facit contra prohibitionem legis: sed contra conditionem: & sic alienatio non est nulla. & in hoc differt a casu per d. quando in diem certum, vel pure quia tunc prohibetur alienare: & sic faciendo contra, facit contra praecceptum & prohibitionem legis. ideo statim alienatio est nulla. nec transfertur dominium: sed hic. sic quod etiam patet. quia eueniente conditione reuocatur: ergo prius tenebatur: aliàs non diceretur reuolui. Sed tunc addit ista l. ad iura vetera. Respondeo: quia de iure veteri eueniente conditione reuoluebatur: vt ex nunc: sed non vt euenerit nec fingebatur retro facta non fuisse: secus per hunc §. vt in [ab initio.] & in verb. [quasi nec scripta.] sed cum quis vultu hanc glo. dicit. quia tenetur emptor restituere rem cum omnibus fructibus interim perceptis: quia fingitur nunquam habuisse titulum. Docto. hoc reprobant. Nam si haeres non alienauit relictus perceptos pendente conditione, fuisset lucratus: tanquam perceptos iudicio testatoris. l. mulier. §. j. vel ij. ff. ad Treb. l. plenè no. eo. titu. l. in fideicommissariam. & sic non fuisset perueniendi ad fideicommissarium. ergo nec nunc debent peruenire: quia non debet lucrari ex illa alienatione: sed fuisset non potest datur damnum. erunt ergo haeredes qui succedunt loco venditoris: sic ergo nullius erunt utilitatis. dicit quod imò. nam si ex forma statuti deberet solui gabella de contractu alienationis, non loquatur de isto: qui fingitur nunquam factus fuisse. secus si tunc non fingeretur nullus, vel factus non fuisse. iuxta no. in l. abreptione. ff. de pac. per Guli. & Cy. & Ang. & alios: sed imò videtur quod etiam conditione pendente non valeat hodie per illam autem. res quae glo. fatetur quod hodie per illam autem. hoc additur. sed falsum est secundum omnes: quia per illam autem. nihil additur ad prohibitionem. non enim prohibet. sed dicit quod prohiberi alienari. quod intelligitur. l. per iura vetera. non autem addit nouam prohibitionem. sed ab illa excipit vnum casum: & per hoc est expedita glo. in ibi: [Item & haeres.] Sed extra glo. oppo. quod imò etiam de iure veteri statim alienatio sit nulla etiam pendente conditione, & potius res alienata vendicari per fideicommissarium. l. cum pater. §. liberta. de lega. ij. Solu. & tene meum verum est, si testator expresse prohibuit alienari. tunc enim licet cesset prohibitio legalis, conditione pendente adest prohibitio testatoris. quae pro. l. habet. vt in aut. de nup. §. disponat. quae reddit alienationem nullam & facit vt fructus possit retractari: licet conditio fideicommissi adhuc non euenerit: vt ibi no. in glo. Adde aliam utilitatem quae reuolat ex isto §. dum irritat alienationem quae est ex tunc. nam non solum conditione pendente cessat usufructus vel praescriptio, quia fideicommissarius adhuc

agere non pōt: & nō valent agere, de iure nulla currit præscrip-  
tio. l. i. §. si. de anna. exce. sed etiā postquā cōditio extiterit, non  
poterit emptor incipere vſucapere, vel præscribere lōgo tpe: qā  
in tali præſcriptione requiritur titulus. l. nullo. §. de rei ven. & hic  
ſingitur nunquā interueniſſe titulus. & ita debet intelligi tex. licet.  
Doc. hoc nō declarēt: bene tñ poterit incipere præſcriptio lōgī  
ſimī tps: qā in illa nō requiritur titulus. ita declaro hūc tex. Ad-  
uerte tamen ad vnum in quo hīs diebus conſului. nam verum  
eſt q̄ illa res non poteſt vſucapi vel præſcribi, quando alienatio  
facta fuit per perſonā prohibītā alienare: vt eſt ipſe grauatus de  
reſtituendo, quī ita loquitur hic. ſi autē alius p̄cēſus extraneus,  
quod non continetur ſub prohibitiōe, qui fortē rem tenebat vt  
ſuū: alienauit non nomīne grauati ſed ſuo proprio. valeret vendi-  
tio. ſicut de qualibet re aliena in præiudicium ipſius venditoris:  
& ſic ex ea tribueretur titulus habilis ad vſucapiendum, vel præ-  
ſcribendum contra illum qui agere poſſet. & ſic poſt euentum  
conditionis. vel quādo fideiſcomiſſum eſſet purum: vel in diem  
certum. & hoc vidēs tenere Bal. in l. i. §. infra de vſuca. pro empt.  
cuius dictum allegabatur per conſultorem in cauſa: ſed aduoca-  
tus dicebat non eſſe verum: quia Bald. loquitur ſine lege. ego di-  
xi q̄ iſtud fuit dictum Pe. & Cyn. in l. ſi. in. vj. op. §. in qui. cau. in  
integ. reſti. non eſt neceſ. qui dicunt q̄ quādo eſt prohibitiō alie-  
nationis in perſonā, ſi queritur an res prohibita alienari poſſit  
vſucapi. vel præſcribi lōgo tempore: quia eſt ipſo iure nulla An  
per perſonam prohibitam: & tunc poterit vſucapi vel præſcribi  
quia validus eſt titulus cum non ſit facta contra prohibitiōem.  
& loquor de præſcriptione longi tēporis. & de illo qui agere po-  
tuit: aliās ſecus. nam de præſcriptione longiſſimī temporis non  
eſt dubium. quia etiā ſi per perſonam prohibitam, poterit præ-  
ſcribi: Tene menti. quia iſta non tanguntur per Doctor. & ſunt  
ſubtilia. Vltimō glo. in verſi. [Item & hæres.] ibi voluit formare  
vnam opp. contra tex. ibi: [ſed in hīs omnibus & c.] dum tex. di-  
cit: [omnis licentia pateat rem vendicare & c.] nā iſte text. loquit  
etiā qñ res ſubiaceat reſtitutioni p̄ fideiſcomiſſum vniuerſale. con-  
ſtat aut q̄ tñc in fideiſcomiſſariū nō trāſit dñum, niſi facta reſtō-  
ne p̄ heredē grauati ſaltē verbalī. vt in l. facta. in princ. ff. ad treb.  
Sed ſi ipſe hæres grauatus alienauit ante q̄ faceret reſtitutionē, ſi  
fideiſcomiſſum erat cōditionale, trāſtulit dñum: quia erat penes  
ipſum: nec poſtea adueniēte cōditione cadit reſtō in rebus quas  
reſtituere nō pōt: ergo fideiſcomiſſarius nō poterit vēdicare in  
quē nūquā fuit tranſlatū dñi per reſtōnē, quæ nunq̄ facta fuit:  
nec pōt fieri. cuius cōtrariū hic dicī. Gl. ſatis ineptē format iſtā  
oppoſitionē: & ineptē p̄ſequit. Tandē in ſi. ponit verā ſolutionē  
q̄ in iſtis rebus alienatis adueniēte cōditione vel die fideiſcomiſ-  
ſi tranſit dñum in fideiſcomiſſariū ipſo iure ſine alia reſtitutiōe.  
quæ ſingit facta poſt q̄ hæres per dictā alienationē abdicauit à  
ſe p̄tatem reſtituēdi de facto ſicut in quibuſdam cauſibus. in qui-  
bus tranſeunt iura ſine alia reſtitutione. quæ habent in l. p̄. ff. ad  
treb. & hoc idē dicit gl. circa princ. §. [ſed quia noſtra.] quæ inci-  
pit: [imō videtur q̄ teneat.] in ſi. glo. ſuper contrario. de l. ſi hæ-  
res inſtitutus. §. ſi hæres. ad treb. & vidē omnino pro declaratio-  
ne huius. q̄ not. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in ix. q̄. ff. de  
verbo. obligatio.

8 §. Emptor. Hoc ¶ vnū nō ſp̄ale in hoc cauſu qd̄ emptor  
malæfidei q̄ ſciebat rem ſubiaceat reſtitu-  
tioni, recuperat pretium re cuiſta, etiā ſi non fuit ſtipulatus. re-  
gulariter autem pretium non recuperat malæfidei emptor ſi nō  
fuit ſtipulatus. l. ſi fundū. infra de cuiſta. & l. ſi fratres. cōia vtriuſ-  
que iudī. ¶ Item nō aliud ſp̄iale. q̄ ſi fuit ſtipulatus de cuiſtō-  
ne, adhuc non recuperat niſi pretium, regulariter cōtra: quia tñc  
recuperat omne intereſſe, & etiā lucra. licet ſit malæfidei. vt in di-  
ctis legi. & ambo iſta ſunt ſpecialia. vt in prima ſolu. glo. quæ eſt  
vera cuius poteſt eſſe ratio illa quæ tangitur in tertiā ſolutione.  
10 ¶ No. etiā q̄ non recuperat meliorationes quas fecit in re em-  
pta. hoc videtur verum vbi fuerunt neceſſariæ: quibus nō factis  
res fuiſſet peritura, vel deterior effecta. per l. domum. circa fin. §.  
de rei ven. ibi dum dicit neceſſarios ſumptus fecerint & c.

11 ¶ Pupillus qui habet ſubſtitutum pupillarem, poteſt cū ſolemnitate debita bona ſua alie-  
nare iuſta ſubſtitute cauſa: nec pupillariter ſubſtitutus adueniente conditione pote-  
rit retractare uenditionem tanquam ſectam de bonis reſtitutioni ſubiectis.  
12 Res quæ ſubiaceat reſtōi, vel prohibite alienari: poſſunt alienari per grauati ſi cōſentiāt

- illi ad quos eſſent bona peruentura ſuſta alienatione. 2 ¶ D. rāhere. Adde  
Pet. de bal. in repe.  
c. Raynu. de reſt.
- 4 Mulier extranea de reſtituendo grauata, an poſſit ſe dota-  
re de bonis reſtitutioni ſubiectis?
- 5 Filius de reſtituendo grauatus ſub conditione, an poſſit de-  
trahere ſalcidiam & trebellianicam: quæ faciunt dimidiam partem hereditatis, an  
vna computetur in alteram?
- 6 In generali fideiſcomiſſo non uenit dos quā habuit filia nupta & dotata & grauata,  
licet legitimam tranſcendat.
- 7 Si erat nupta ſed non dotata, uel non congruē dotata: an poterit ſe dotare, uel dotem au-  
gere de bonis reſtitutioni ſubiectis: uide tamen poſt name. §.
- 8 Si cum poſſet ſe dotare & non dotauit, & deceſſit, an heres poterit detrāhere de bonis  
reſtitutioni ſubiectis quantum illa poterat?
- 9 Sicut pater tenetur dare dotem pro filia, & donationem propter nuptias pro filio, ita  
pro dote quam recepit filius ſe & bona ſua obligare.
- 10 Quid ſi filius recepit dotem poſt mortem patris, an obliget bona quæ habuit à patre,  
pro eius reſtitutione, & ſic quatenus eſt neceſſarium ad reſtitutionem eius non ca-  
dat in fideiſcomiſſo vniuerſalit?
- 11 Si iſte filius conſumpſit dimidiam partem hereditatis, quam poterat retinere pro ſua le-  
gitima & trebellianica, an eius uxor poſſit petere ſibi ſatisfieri de altera dimidia?
- 12 Pater qui dedit dotem pro filia: ſi eam poſtea inſtituat, & poſt mortem eius grauauit  
de reſtituendo bona alteri, ſi deceſſerit ſine liberis: & filia uiuo patre remonſit ui-  
dua: aliās filia, & pater dotem recuperauit, & poſtea mortua eſt ſine liberis reli-  
cto quodam extraneo herede, an talis heres poterit iſtam dotem detrāhere de fideiſ-  
comiſſo?
- 13 Filius grauatus de reſtituendo hereditatem, an poſſit pro expenſis militie, uel doctora-  
tus, uel alterius dignitatis, diminuerē de bonis reſtitutioni ſubiectis: pro talibus  
ſumptibus.
- Quid pro infirmitate, uel pro alimentis, & quid pro poena maleficii commiſſi, uel ut re-  
dimeretur de carceribus.

A V T H E N T I C A.

1 **R**es quæ ſubiacent. ¶ Liberi de reſtituē-  
do grauati ſi legiti-  
ma portio non ſufficit eis ad dotem, vel donationem  
propter nuptias conſtituendā, pro eis poſſunt de bo-  
nis reſtitutioni ſubiectis ſupplere. q̄ deficit nō obſtante prohibi-  
tione legalī: quia hoc cōcernit publicam utilitatē. vt cōtrahantur  
matrimonia quæ debent præferri priuato. quā pretendit fideiſcō-  
miſſarius. h. d. & eſt vulgare. & ſumitur ex corpore. de reſti. & ea  
quæ parit. §. quāobrem. ¶ In tex. ibi. [quæ ſubiacent reſtitutioni.]  
dic. ſcilicet ex vltima volun. nō ex cōtractu. dic ſubiacent reſtitu-  
tioni ex cauſa legati vel fideiſcomiſſi particularis, vel vniuerſalis:  
ita loquuntur iura de iſta materia loquētia: ſecus ſi per directam  
ſubſtitutionē pupillare ſecundū Bal. qui ita nō. in l. ſed & ſi ſub  
cōditione. §. ſi ſeruū. ff. de here. inſti. & allegat. l. i. §. ſed nōnullos.  
de tute. & ratio. diſtra. & l. qui filiū. vbi pu. edu. deb. & de acqui.  
hære. l. quoties pupillus. & ſic pupillus qui habet ſubſtitutum pu-  
pillare, poterit cū ſolemnitate debita bona ſua alienare iuſta ſub-  
ſtitute cauſa. nec pupillariter ſubſtitutus adueniente cōditione  
poterit retractare venditionē, tanquā factam de bonis reſtitutio-  
ni ſubiectis. Tene mēti. ¶ In tex. ibi. [prohibetur.] dic. ſi. per leges  
veteres ſforum. & c. & nō. q̄ nō dicit phibemus, & ſic nō addit  
nouā prohibitionē: vnde malē dicunt glo. q̄ per iſtā aut. aliquid  
addat ad iura vetera in hoc. vt dixi §. in §. [ſinaut ſub cōditōe.]  
Itē limita niſi in alienatione cōſentiant illi ad quos ſunt bona pe-  
uentura facta alienatione. vt ſ. ti. j. l. quoties. & l. nihil. §. omnibus.  
de leg. j. ¶ In tex. ibi: [ſed ſi liberi.] nō ergo licet extraneis grau-  
atis ſecundū Bal. & ita habet in corpore, licet in nouellis. col. pen.  
dicat. cōtrariū: q̄ etiā mulier extranea de reſtituēdo grauata poſ-  
ſit ſe dotare de bonis reſtitutioni ſubiectis: ſed nō eſt ſtandū tex.  
nouellarū poſtquā tex. authenticorū cōtradicit. qā de fide illius  
dubitāt. ¶ In tex. ibi: [ſi legitima portio] i. debita iure naturæ: ſed  
nōne filius vel filia de reſtituēdo grauatus ſub cōditione pñt de-  
trahere ſalcidiā & trebellianicā quæ faciūt dimidiā partē heredi-  
tatis. vt in c. Raynuius. & in c. Raynaldus. de reſt. & nō. in l. quā  
quā. j. ad l. fal. deberet ergo ille ſufficere abſq̄ alia diminutione.  
So. quicquid ſit de iure cano. q̄ hodie vbiq̄ ſeruāt de iure ciuili  
veritas eſt q̄ filius non pōt detrāhere duas partes: ſed vna cōpu-  
tatur in alterā: vt ſatis colligitur ex iſto tex. ſecundū Bal. & eſt ca-  
ſus in l. iubemus. in princ. j. ad Treb. & ſic illa capitula ſunt cōtra  
omnē veritatē iuris ciuiliſ ſecundū eum: & idē dicit Rapha. præ-  
ſuppoſito tamen q̄ ſeruatur illa opinio canonica, ſi legitima &  
trebellianica ſufficiūt, nō ſit alia detractio: ſi nō ſufficerēt, ſecus.  
vnde dicit Bal. notabiliter, quod ſi cōgruē & ſecundū qualitatē  
perſonæ non poſſit nubere quin daret omnia bona in dotem,  
poſſit omnia dare: & maritus de omnibus lucrabitur partem

- a ¶ Pro filia. Ad gl. Bar. & Ang. l. i. ff. de acti. & l. i. Alex. de Imo. c. l. c. xxx. ix. in ci. i. so thema. te. in. Volu.
- b ¶ Item. Adde gl. c. hoc sanctu. xxx. q. ii. Nico. de Nea. in rub. ff. sol. ma. Ab. in c. accedens. de pro. cu. & in c. j. de despo. impube. & in c. j. de adult. Doc. in c. cum causa. de rap.
- c ¶ Et alere. Adde gl. in l. si quis a. libris. ff. de lib. agno. etiam si filius esset spurius. ut in c. cum haberet. de eo q. dux. in mar. quā pollui. per adult.
- d ¶ Causa. An falsa cā vitiet sententiam. vi de in l. qui testamen. to. & ibi glo. Bar. & Doc. ff. de excu. tur. Bar. in l. si is ad quē. ff. de acqui. her. Bal. in l. j. in vj. questio. C. de rescin. vendi.

vel totū ex forma statuti, sicut si non essent restōni subiecta: quia cessat prohibitio hoc casu. Et probatur. quia si maritus non lucra retur, pertineret dos ad extraneos hāredes ipsius mulieris: & non rediret ad fideicommissarium: ut est casus singularis si bene inspicatur in l. mulier. §. cum proponeret. ff. ad Treb. Et sic not. quod illud qd detrahē de bonis restitutioni subiectis ex illa causa perpetuō detrahatur ad diminutionē fideicommissi. ut etiam solu. ma. ad fideicommissarium nō redeat. In tex. ibi. [non sufficit.] loquitur ergo in muliere nō nupta vel dotata instituta, & de restituēdo grauata. vel in filio vxorem non habente. Quid fātem si erat nupta & dotata? Respondeo in generali fideicommissum nō venit dos quā habebat: licet legitimā transcederet. & licet in eo quod transcendit potuisset specialiter grauari. iuxta no. p. Cy. in l. j. §. videamus. s. de reivxo. actio. & per Bar. in l. si. §. filium. ff. de leg. ij. in generali autem vel vniuersali nō venit. ut in d. l. mulier. §. cū proponeretur. ad Tre. ¶ Sed pone q. erat nupta, non tamē dotata, vel non congruē: an poterit se donare, vel dotem augere de bonis restitutioni subiectis? Bar. tenet hic qd non: quia sufficit quod sit nupta: & idē tenet in l. obligamur. §. j. ff. de actio. & obli. Bal. hic & melius. & etiam Ang. tenet contrarium. quia imō nō sufficit quod sit nupta: quia mulier quæ non habet dotem, vel non congruē, cōtēnnitur a marito: aliās esset in potestate patris filiam dote priuare: quia sibi dare tenetur de iure naturali & ciuili. ut in l. si. s. de do. p. m. & ita aliās cōsului de falso cōtra opinionem Bar. ¶ Sed pone. cū posset se dotare & non dotauit, & decelsit, an hāres poterit detrahere de bonis restitutioni subiectis quantum illa poterat? dic q. sic: quia si illa detraxisset eam, ad suos hāredes transmississet etiam matrimonio soluto. & ad fideicommissarium nō rediret: ut in d. §. cū pponeretur. quia grauamen & fideicommissum solū debet intelligi de eo quod super est facta ista detractio. ut ibi in tex. patet. Potest etiā filius masculus ita institutus & grauatus diminuerē pro dotanda filia sua id quod etiā ad eā dotandā pater eius tenebatur. l. dedit dotē. de col. bono. ff. qd. dic. ut no. Bar. in l. a. filia. in prin. ff. ad Treb. ubi aliquas qōnes notabiles circa hanc materiam format. & Bal. etiā hic multas format in gl. ibi. [ & post. idē si ante. ] Quod autē dixi s. si filia nō est congruē dotata, posse suppleri de bonis restitutioni subiectis. procedit nisi inspecto tēpore donationis fuisset congruē donata: licet nūc ppter augmentū facultatum vel dignitatē personæ nō sit: quia nō debet inspicī casus postea eueniēs secundū Iac. Bu. & Bal. no. per eos. ut l. pactū. s. de colla. quod tene mētī. quia est singulare. vel nisi statutū dicat quod debeat stare cōtēnta dote data a patre, & plus non possit petere: quia tūc ipse pater est moderator & arbiter congruē dotis. secundū eundē Bald. In glo. magna ibi. [ Item & in exigenda, ut si dotem ampliam. ] propter istū casum fuit factus tex. in corpore vnde sumitur ista aut. ut ibi patet: & ad querelam eiusdē mulieris. & est ratio. nā sicut

9 ¶ pater tenetur dare dotē pro filia, & donationē ppter nuptias

a ¶ p filio. ita p dote quā recepit filius se & sua bona obligare. ut no.

10 per Dy. & Bar. in l. si cū dotem. §. transgrediamur. ff. sol. ma. ¶ qd ergo ipse pater facturus erat si vixisset, censetur voluisse q. filius faciat post eius mortē. ut si recipit dotem, obligat bona quæ habuit a patre pro eius restitutione: & sic quatenus est necessariū ad restitutionem eius nō cadat in fideicommissum vniuersali. sed

11 quod s. istud est. ¶ Sed pone q. iste filius consumpsit dimidiā partem hāreditatis, quam poterat retinere pro legitima & trebellianica, vxor eius volebat sibi satisfieri de altera dimidiā: fideicommissarius dicebat hoc non esse faciendum: quia sufficiebat dimidiā & trebellianica ad restitutionem dotis, si non fuisset consumpta: debet ergo imputari in eo quod poterat detrahere ad diminutionem si fideicommissi. arg. eorum quæ no. in l. si cum dotem. §. j. so. ma. de illa quæ consumpsit dotem. q. amplius non est a patre dotanda. Ego vidi istum casum valde arduum Florentiæ: & fuisse cōsultum pro muliere. nam pater tenebatur obligare omnia bo-

na sua pro ista dote restituenda. ut nota. in d. §. transgrediamur. per doc. eodem modo filius potuit omnia obligare: ergo in dimidiā quæ remansit est obligata. nec ob. contrarium. quia filius potuit consumere ad damnum suum. vnde fateor q. talis filius vel filia qui vel quæ consumpsisset dimidiā, non posset postea de alia dimidiā dare dotem, vel donationē propter nuptias. licet enim in sui præiudiciū tendit. sed si dotem recepit, tenetur non solum in fauorem filij grauati: sed in fauorem mulieris dantis: ne ipsam perdat. primo autem fauori potuit filius remanere & sibi præiudicare. secundo non: & ita cōsului. & ita obtinuit: & plures alij valentissimi consuluerunt: Tene meum quia est casus quotidianus & pulcher. ¶ In ea glo. ibi. [ Item quod si tempore mortis patris filia quæ dederat dotē. ] expone, si pro qua pater dotem dederat, & eam postea instituerat, & post mortem eius grauauerat de restituendo bona alteri: si decedens sine liberis, viuente patre filia remansit vidua, aliās filia, & post dotem recuperauit, postea mortua est sine liberis relicto quod extraneo hārede, qui volebat istam dotem detrahere de fideicommissio: sed fideicommissarius contradicebat, quia erat cōstitutum cum alio patrimonio patris: & non debebat reputari dote: quid iuris erat de alio patrimonio, deberet esse de ista dote. quæ ratur quid iuris? ita intellige & declara hanc legem. Vgo tenet q. non cadat in restitutionem. sed nihil allegat. doc. alie. illam cum proponeretur. cum ibi satis bene colligitur, si bene inspicitur. istud dictū sine dubio procederet si ista filia adhuc viuens, & esset habilis ad contrahendum secundū matrimonium: quod deberet reseruari pro ipsa. ut in authen. sed quauis. s. de reivxo. actio. Idem si mortua est, & fideicommissum debetur extraneo vel etiam fratri, aut sorori, qui vel quæ dotem habuissent vel donationem propter nuptias a patre, ut æqualitas inter liberos conseruetur: secus si non habuissent per l. si. s. commu. vtriusq. in l. cundū Pet. & bene & subtiliter. tunc enim idem iuris debet esse quod de alio patrimonio. allegant etiam doc. tex. in l. p. in prin. ff. ad leg. fal. ¶ In ea glo. ibi. [ Item nunquid poterant haberi sumptus &c. ] Intellige scilicet expensæ victus: vel de fideicommissi, vel doctoratus, vel alterius dignitatis, an filius poterat minuerē de bonis restitutioni subiectis pro talibus sumptibus glo. tenet quod non. quia speciale est quando grauatus est tuere quod supererit, ut possit diminuerē ex tali causa. l. l. ff. ad Treb. secus ergo si simpliciter. doc. dicunt idem in l. bus alimentorum, si aliunde se non poterat alimentare. Pater quod erat infirmus, & alia bona non habebat: nam sicut pater tenebatur dare dotem, & vel donationem, ita & alimentare filium vel filiam: hic ergo debet detrahi de fideicommissio sicut aliud debuit. in quo pater tenetur filio. l. in imponenda. & l. in i. ad leg. fal. non sic in sumptibus militiæ: ad quos pater imaturus cogitur. Idem dicunt si filius esset captus ab hostibus, vel a barbaris, ut pro restitutione ipsius possint bona restitutioni subiecta alienari: quia pater tenebatur ipsum redimere, & alere. sicut econuerso filius patrem. in authen. si captiui. s. de epico. & c. & de hoc est glo. in c. sacrorum. xij. q. ij. non sic possunt diminui pro poena maleficii commissi per filium, ut redimatur de carceribus publicis: cum sui culpa patiatur. & idem si pro suis debitis detrusus esset in carceribus. argu. l. si cum dotem. §. j. ff. sol. ma. Cetera dic hic per Bal. qui plures tangit quæstiones. & per Bar. in l. a. filia. & in dicto §. cū proponeretur. ff. ad Treb. &c.

De falsa causa adiecta legato vel fideicommissio. Rubrica.

¶ Super rubrica. licet ista rubrica non faciat mentionem nisi de falsa causa. de qua loquitur. l. prima. & l. si dotem. & tamen alia tres, scilicet l. secunda & l. tertia. & fin. loquuntur etiam de falsa demonstratione. de quibus ambabus dic. ut plenē habetur in l. demonstratio. in principio. §. quod autem iuris. de conditionibus & demonstratio. & dic. quod falsa causa vitiat legatum, quando per opponitur per modum conditionis. ut in glossa. vel quando per modum causæ: & est talis quæ inest legato: & sic erat causa huius. & fuit per errorem apposta. ut in si. huius. l. sed in precedenti casu qñ conditionaliter, non refert an fuerit apposta per errorem vel et